



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De imperatore Romano Anthemio, & qui post illum imperauerint. Cap. XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

tia in planitiē deprimerentur: quinetiam sic obruerētur pa-
gi, vt in exitij discrimē venirent: inque Boana Lactu, qui
non longe abest Nicomedia, ob crebram sordidæ cuiusq;
generis materiam in eum congestam, nonnullæ fierent in-
sulæ. Verùm ista euenēre postea.

De Zenonis & Ariadnæ nuptiis. Cap. XV.

Imperator Leo Zenoni Ariadnam despondet filiam, eū
sibi generū asciscit: qui ab incunabulis Aricmesus qui-
dem vocatus fuerat, at post nuptias nomen à quodam vi-
ro ab Isauris oriundo, sic appellato, qui ad magnum decus
& splendorem peruenisset, obtinet. Vnde verò iste Ze-
no ad tantam dignitatē ascenderit, & quam ob causam om-
nibus à Leone sit prælatas, ab Eustathio Syrio commemo-
ratum est.

*De imperatore Romano Anthemio, & qui post il-
lum imperauerint. Cap. XVI.*

Anthemius porrò rogatu Legatorum à Romanis ad
Occidentem habitantibus Cōstantinopolim ad Le-
onē missorum, imperator ad Romā gubernandā mit-
titur: cui Martianus, qui dudū rexerat imperiū, filiā despō-
derat. Basiliscus præterea, frater Berinæ coniugis Leonis,
cum exercitu ex militibus lectissimis collecto dux contra
Genzerichum mittitur: quæ res sunt à Prisco rhetore accu-
ratissimè conscriptæ: neque hæc solum, verū etiam quo mo-
do Leo Asparem, qui imperiū ei tradiderat, per dolū, qua-
si mercedem honoris, ad quem ipsum extulerat, ei redditu-
rus, è medio sustulit: quinetiam filios eius Ardaburiū, quē
antea Cæsare creauerat, & Patriciū, quo Asparis patris eo-
rum insolentiā & inscitiā ludificaret, itidē trucidauit. Post
occisum Anthemiū, qui quinquennio Romanū imperiū
administauerat, Olymbrius à Rhecimere imperator renū-
tiatur: quo extincto, imperator creatur Glycerius: quem
Nepos post quintū imperij sui annū exturbat, ipseq; poti-
us imperio: episcopū aut Romanū Glyceriū apud Salonas vr-
bē Dalmatię designat. Istū nepotē regno eiicit Orestes: post
Orestē, fili⁹ eius Romulus, cognomine Augustul⁹, q postre-
mus Romę impator fuit 1300. annos post regnū Romuli,

Hh 4 imperium